



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XXV. Sacræ Congregationis Indicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiri iussimus. Dat. Romæ, die 29. Aprilis 1621.

R. Card. Vbatdinus.

Ideo, præfata Sacra Indicis Congregatio volens quamprimum executioni mandare, ut patet, huiusmodi prohibitionem, omnes supradictas Collectiones, Declarationes, Decisiones, & Interpretationes Congregationis Concilij, tum impressas, tum imprimendas, & præcipue supra expressas, præfenti Decreto ob id specialiter facto, prohibet: mandans singulis cuiuscunque gradus & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne in posterum a præfatis Decreti notitia, aliquas amplius huiusmodi Concilij Collectiones, Declarationes, Decisiones, & Interpretationes, imprimere, legere, vel quomodocunque etiam, sine alia Superiorum licentia, apud se detinere audeant.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bevilacqua præfati Decretum signatum, & munitum fuit die 6. Iunij 1621.

Bonifacius Card. Bevilacqua.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Prædic. Secretarius.



XXV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præfenti Decreto damnat, ac prohibet vti perniciosos, & pluribus confectos erroribus, hæresibus atque calumniis, infra scriptos Libros. Mandans singulis cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ut eos in posterum imprimere, legere, vel quomodocunque apud se detinere minimè audeant; sed illos omnes si habuerint, statim à præfenti Decreti notitia locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus exhibere teneantur.

Antonij Fabricij Bleyniani, in Theoriam, & praxim beneficiorum Ecclesiasticorum, methodica, & familiaris introductio. *Suspensa donec corrigatur.*

Cæsaris Cremonini Centensis, in schola Patauina Philosophi primæ Sedis, Disputatio de Cælo. *Venetijs 1613. apud Thomam Balionem;* suspenditur quousque ab Auctore corrigatur; & si infra annum id non fecerit, nunc pro tunc prohibetur, atque ipso facto absque alia noua declaratione prohibita declaratur.

Comedia Piaceuole della vera, antica, Romana, Catolica, & Apostolica Chiesa, nella quale da gl' Interlocutori vengono disputate, & spedite tutte le Controuersie, che hoggi di sono fra i Catolici Romani Luterani, Zuingliani, Caluinisti, Anabatisti, Schwenkfeldiani, & altri per conto della Religione.

Præfcheni, seu Præparatio pacificationis Controuersiarum, quæ exorta statim post millesimum à Christo annum, in immensum his sexcentis elapsis annis excreuerunt. *Per Ioannem Gordonium Huntlaoscotum. Rupellæ 1619.*

Scutum Regium, id est aduersus omnes Regicidas, & Regicidarum Patronos &c. *Auctore Georgio Haxemill. Oxoniæ.*

Summarium omnium Controversiarum pertinentium Religionem nostris temporibus agitarum, inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesias Reformatas. *Per Thomam Portam 1615.*

Libellus quidam Anonymus, sub nomine Cleri Catholici Valtellinen. inscriptus Alla Santità di Gregorio XV. il Clero, & Catholici di Valtelina: prohibetur tum impressus, tum imprimendus itaque etiam manuscriptus, ubique locorum, & sub quouisidumste.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Card. Bevilacqua præfati Decretum signatum, & munitum fuit, die 18. Ianuarij 1622.

Bonifacius Cardinalis Bevilacqua.

Locus † sigilli.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

SACRÆ

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.